

- 92 num. 1. Guttier. d. p. 1. cap. 37. num. 10. At si cum juramento maritus etiam in continentem renunciavit exceptioni, ea uti non poterit, prout tenet communis sententia; Hermosill. apud quem scribitur, in l. 9. gloss. 8. num. 10. cum seqq. tit. 1. p. 5. Trentacinq. ubi proxime.
- 93 Hæc de jure communi omnino sunt vera; sed per dict. l. 9. Parita, in fine, aliud apud nos tenendum est; cum ibi expressè caveatur, valere renunciationem exceptionis non numeratæ pecunie in continentem factam in eodem instrumento confessionis: Gregor. Lopez ibi, Guttier. ubi proxime, num. 9. Hermosill. dict. gloss. 8. n. 4. ubi alios refert, atque ideo si maritus renunciet huic exceptioni in eodem instrumento, in quo dotem recepit fateretur, eam allegans non audietur; Mol. ubi proxime, Mench. de successione. creat. §. 9. n. 22. Jure autem Lusitano hujusmodi renunciatio nullus est momenti, & pœna amissionis Officii imponitur Tabellioni, qui instrumentum cum illa confecerit; ita stabilitur lib. 4. ordinam. Lusitan. tit. 47. in princip. Barbol. in remission ad illud tit. 51. in princip. n. 11. 12. Molin. disp. 302. vers. Utum, Hermol. num. 3. Valasc. consult. 5. n. 12. 13.
- 94 Dubitatur, utrum post decursa tempora opponendi exceptionem dotis non numeratæ, valeat maritus, vel ejus successor objicere dotem non fuisse traditam, assumendo in se onus probationis? De quo Costa in l. si ex cautione, ult. Fallent. à num. 4. C. de non numer. pecun. Barbol. in d. l. 1. p. 6. num. 36. ubi resolvit, verius ac receptius esse, maritum & alios, quorum interest, admitti post tempus elapsum ad probandum, dotem non fuisse receptam.
- 95 Si maritus juraverit se accepisse dotem, non poterit excipere de non numerata dote; Bald. & Salycet. in l. ult. C. de non numer. pecun. Costa ubi proxime, fallent. 9. nu. 2. vers. Sed & Bartholomæus, Molin. n. 8. Valasc. ubi supra, Aymon Cravet. conf. 40. nu. 1. in fine, Menoch. nu. 27. Merlin. nu. 100. Hermosill. sup. n. 3. Rebus. ad leg. Gall. tom. 1. tractat. de Chirograph. & cedul. recognit. art. 2. n. 23. Costa supra, n. 6. in fine, Menchac. de successione. creat. §. 9. n. 9. Hermol. in dict. l. 9. gloss. 7. n. 3. Guttier. d. cap. 37. n. 8.
- 96 Sed quamvis hoc casu marito denegetur exceptio ista, ut mulier debeat probare traditionem, audietur tamen ipse volens probare negativam, videlicet dotem verè non recepisse. Ita docent Costa dict. fallent. 9. n. 6. Bayer. de virtut. jurament. n. 46. vers. 31. Hieronym. Zerzer. de jurament. lib. 1. c. 26. n. 14. Cardin. Tuse. practiar. conclus. lit. E. conclus. 411 n. 5. Barbol. dict. part. 6. n. 46. prope finem, Trentacinq. dict. lib. 3. resolut. 20. de solut. vers. Secunda conclusio, Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 18. tit. 4. n. 4. Hermosill. dict. gloss. 7. n. 63. Felin. in cap. si cautio, de fide instrument.
- 97 Si autem maritus non juraverit, se dotem recepisse, sed cum juramento se obligaverit ad restitutionem illius, exceptionem dotis non traditæ intra tempus constitutum opponere non prohibetur; Guttier. dict. cap. 37. n. 1. Merlin. n. 99. Ant. Gom. dict. n. 52. vers. Quod extende, in principio, nam instrumentum istud recipit conditionem, si dos tradatur, quando sit promissio spe futaræ numerationis, l. fin. C. de non numer. pecun. Molin. & Valasc. ubi proxime, licet contra sentiant plures, tenentes etiam hoc casu exceptionem opponi non posse; quos complant Mench. supra, dict. §. 9. n. 19. & Hermol. n. 4.
- 98 Quando juravit vir, non opponere hujusmodi exceptionem, ipsa uti minimè licebit; Menoch. sup. n. 29. 30. apud quem Bart. Salicet. & Gozadin. Guttier. d. cap. 37. n. 10. Ad Num. 6.
- 99 Confessio dotis receptæ, ubi præcessit promissio ejus, probat numerationem, sive ante matrimonium, sive eo cantante emittatur; Ant. Gom. d. vers. Quod extende, in lim. 4. Cevall. q. 43. 2. vers. Sed contrarium, ad medium; Baptista de privileg. dotal. cent. 1. n. 8. Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de jur. dot. conc. 4. Menoch. n. 20. 53. Marelc. d. c. 8. n. 13. Sanch. d. disp. 8. n. 10.

Barbol. d. p. 6. n. 51. 52. Barbol. Junior in collect. ad l. 1. n. 6. cum seqq. C. de dot. caut. non numer. Fontanel. d. clausul. ultim. p. 1. n. 31. Mol. n. 6. Valasc. n. 5. Trentacinq. d. n. 12. vers. Tertio non procedit, Cravet. conf. 40.

Quod debet intelligi, cum promissio antecessit matrimonio, quo casu exceptioni dotis non traditæ locus non est, ut notat Trentac. loc. cit. & Merlin. n. 83. ubi plures laudat. In quo advertere oportet, quod debet constare de dotis promissione per scripturam distinctam ab ea, in qua maritus fateretur receptionem; nec sufficit, si Notarius in instrumento confessionis testetur, dotis promissionem præcessisse, Font. ubi nuper, n. 37. Merl. n. 89.

At contra principalem conclusionem sentiunt aliqui, etiam præcedente promissione, dotem confessaram carere privilegiis, quæ doti, de cujus numeratione constat, tribuuntur; quos refert, ac impugnat Menoch. n. 55. & sequentibus.

Ibi: Tamen si secundum glossam.

Verior, ac communis resolutio est, geminatam confessionem non excludere exceptionem dotis non numeratæ, neque efficere, ut dos confessata pro numerata habeatur, Menoch. n. 79. Cyn. in l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerata pecun. ubi Castren. Socin. Senior in l. 1. n. 95. vers. Sed tenendo, ff. solut. matrim. ubi Barbol. d. part. 1. a. n. 56. Merlin. n. 113. cum seqq. licet oppositum tucantur Anton. Gom. ubi proxime, limitat. 5. Abbas in cap. si cautio, colum. fin. q. fin. de fide instrumentor. & ibi Felin. colum. 10. num. 82. Costa in dict. l. si ex cautione, Fallent. 14. Molin. num. 7. Valasc. num. 10.

Ibi: Nisi intellexerimus verba dict. legis finalis.

Hanc conciliationem l. in contractibus 14. §. sed quoniam, 104 C. de non numer. pecun. cum l. fin. C. de dot. caut. refert ex aliis Barbol. in collectan. ad d. l. fin. n. 4.

Vers. Sic ex confessione recepta dotis.

Si cum confessione dotis receptæ concurrant conjecturæ, quibus illa foveatur, dos confessata pro numerata habebitur; nam ita numeratio satis probatur, quod omnes concedunt; Menoch. conf. 7. n. 10. & dict. presumpt. 12. n. 22. Marelc. sup. nu. 9. Merlin. nu. 52. vers. Confessio tamen, Trentac. dict. nu. 12. vers. Quinto non procedit, Mohed. decis. 2. nu. 2. de confess. Porpurat. conf. 461. nu. 11. Cyriac. tom. 2. contro. vers. 251. n. 8. 11. Campeg. in tract. de dot. q. 76. Grammatic. decis. 103. n. 6. Roland. conf. 85. n. 43. lib. 1. Nevizan. conf. 57. nu. 8. in fine.

Ibi: Addit tamen Baldus.

Hanc conjecturam non admittunt cum D. Covarr. menoch. dict. pres. 12. nu. 23. & presumpt. 13. nu. 19. 20. Merlin. n. 113. vers. Sed hujusmodi, qui num. sequenti alios refert. Eam tamen recipiunt Barbol. in d. p. 1. n. 40. vers. Illud denique, Marelcot. n. 12. In qua discordia bene distinxit Merlin. n. 115. nonnullas Rotæ decisiones adducens; ut scilicet exhibitio diuturna alimentorum per virum uxori facta, aliqualem inducat conjecturam dotis receptæ, quæ cum aliis (et si singula per se non prodessent) & confessione mariti probabit dotis probationem; nam singula, quæ non profunt, multa collecta juvant, cap. cum causam 11. ubi gloss. fin. de probat. l. spadonum 17. §. qui jura, ff. de excusat. tutor. Menoch. conf. 284. n. 43. Nogueroi. alleg. 29. n. 71. Ipsa autem alimentorum præstatio sola cum confessione satis non sit ad probandam dotis numerationem. De quo videndus est Trentacinq. de resol. 7. n. 12. vers. Hac quinta declaratio, ubi pro utraque parte laudat Auctores; & in vers. Socinus concordando, resolvit, decennalem alimentorum præstationem inducere conjecturam sufficientem salutæ dotis, quod etiam tenet Joseph Ludov. decis. 66. n. 21.

Ibi: Item & illud si ultra mariti confessionem.

Accedente unico teste, qui de numeratione deponat, confessio omnino probat dotis receptionem; sequitur Menoch. d. presumpt. 12. n. 26. & presumpt. 13. n. 20. in fin.

Vers. Est & alia.

Ex confessione mariti facta in favore, n. extraneæ, numeratio dotis

dotis probatur, nec mulieri exceptio dotis non traditæ objici poterit, Molin. num. 5. Cyriac. tom. 1. contro. vers. 122. num. 18. Trentacinq. dict. resol. 9. de pignori. num. 20. Ant. Gom. dict. l. 50. num. 52. sub. vers. Quod extende, in 3. linie. Merl. n. 82.

110 Marelcot. dict. cap. 8. num. 8. Nisi ex conjecturis appareat, maritum per extraneam personam mulieri consulere voluisse, aut si à locero, aliòve uxoris conjuncto dotem accepisse fateatur, de quo Menoch. a num. 81. Merlin. num. 111. Sed Menoch. num. 78. D. Covarr. sequutus contrarium probat, sentiens, posse virum de dote non tradita excipere, cum Novell. d. dot. part. 10. num. 14.

Ibi: Verum si post mariti confessionem.

111 De hoc Menoch. dict. presumpt. 12. a num. 85. usque ad finem, & maritus videtur loco solutionis promissionem recipere; Trentacinq. ubi proxime, nec liberabitur ipse, vel hæres ejus retrocedendo ad actionem mulieri; quod tripliciter limitat idem Menoch. a num. 91. qui docet, locum esse hoc casu exceptioni dotis non numeratæ, nisi promissio fiat post elapsa tempora ad eam opponendam.

Vers. Caterum egregia est dubitatio.

112 Quando præcedente dotis promissione maritus aliis bona sua obligat, ac deinde fateretur dotem promissam recepisse, dubitatur, an hi creditores mulieri præferantur? Et quidem creditores hujusmodi, qui contraxerunt ante initum matrimonium, proculdubio potiores erunt muliere, cujus hypothecam pro dote non competere à die promissionis ante matrimonium, diximus, supra, hoc cap. num. 15. Quod si postea, jam nuptiis celebrans, cum marito contraxerint, eos præferendos esse mulieri indistinctè affirmant, Castren. in l. 1. n. 8. vers. Primus, ff. solut. matrim. Merlin. d. quest. 58. num. 85. 86. Negar Barbol. in dict. l. 1. part. 6. num. 39. 40. 50. 51. Fontanel. dict. claus. ultim. part. 1. num. 31. & variis Rotæ decisionibus hanc opinionem fuisse comprobata, testatur ipse Merlinus, num. 88. Quæ verior videtur, admissio, quod si hypotheca mulieri incipiat competere à die promissionis, vel saltem à quo matrimonium fuit initum, quando illa præcessit, ut d. num. 15. comprobavimus.

Vers. Est item hoc in tractatu.

113 Est receptissimum, ac tenendum omnino, confessionem dotis receptæ ante matrimonium in dubio spe futaræ numerationis emissam præsumi; Trentacinq. n. 10. Cravet. conf. 40. Sanch. disput. 9. num. 4. Alciat. in l. si divorcio, num. 3. ff. solut. matrim. Menoch. sup. presumpt. 13. num. 4. Mench. contro. usufrequent. lib. 3. cap. 46. num. 1. 2. Cabed. Lusitan. decis. 177. part. 1. Mantica sup. tom. 1. libr. 12. tit. 10. num. 19. Molin. dict. disp. 439. num. 13. Valasc. conf. 5. num. 5. ubi idem esse ait, si tempore contracti matrimonii confessio facta sit, consentiant Sanch. & Alciat. ubi proxime, ex quibus constat, hoc etiam admittendum post matrimonium, antequam consummetur, quoniam tunc illa præsumptio cessat, quod maritus precibus, ac blandimentis uxoris ad donandum alliciat, ut D. Covarr. rectè considerat infra, hoc numero. vers. Quod si confessio, Trentacinq. num. 15. vers. Hac conclusio. Sed si de animo donandi constiterit, confessio nulla erit, nec nocebit marito, nisi fuerit remuneratoria, ut si ipse esset ignobilis, aut aliàs uxori inæqualis, nam tunc sibi præjudicat, ac hæreditibus; Molin. n. 14. Valasc. sup. Duernas reg. 221. n. 11. Tiraquel. de nobilit. cap. 18. n. 19. Trentacinq. n. 3.

Vers. De creditoribus autem.

115 Quando confessio dotis receptæ noceat mariti creditoribus? latè explicat Menoch. dict. presumpt. 13. per totam. Trentacinq. dict. libr. 3. resolut. 9. de pignori. a num. 9. & resol. 7. de jur. dot. per totam, Valasc. d. consult. 5. Quoad exceptionem dotis non numeratæ, omnes conveniunt licere eam opponere creditoribus, quando maritus possit; Merlin. num. 81. Menoch. num. 4. Hermol. in d. l. 9. gloss. 5. & 6. num. 44 cum seq. tit. 1. p. 5. Ant. Gom. dict. num. 52. limit. 6. Trentacinq. dict. resol. 9. n. 12. & resol. 7. n. 18.

117 Illud tamen solet controverti, an post præterita tempora marito opponenda hujus exceptionis, valeant ipsius creditores eam objicere? in quo magis obtinuit, ut si creditores sciverint

confessionem, lapsu temporis penitus excludantur, ut idem maritus. Quod si ignoraverint, ex clausula generali constituentur adversus lapsum temporis, atque ita præfata exceptio juvabuntur; Ant. Gom. dict. num. 52. circa finem, Alexand. in l. 1. ff. solut. matrim. ubi Socin. colum. 17. vers. Illud autem, Jal. in d. §. fuerat antea, colum. 16. n. 84. Inst. de action. Merlin. n. 62. cum sequentibus, Balgari. in l. 1. n. 504. ff. sol. matrim. Hermol. ubi nuper, n. 45. vers. Declara procedere, & n. 46. Marelc. n. 20. Cravet. conf. 40. n. 6. ad fin. Trentacinq. ubi proxime, n. 18. vers. Secunda est opinio, & dict. resol. 7. n. 15. vers. Ex hac secunda, & n. 16. ubi alii, & ita intelligendus est D. Covarr. in præfatis, & numeris seqq.

Vers. Quod si confessio. Ibi: Est tamen considerandum.

Quod renunciatio exceptionis dotis non numeratæ facta à marito, sicut ipsi, ita & suis creditoribus noceat, sustinent Ant. Gom. dict. n. 52. limit. 6. Campeg. in tract. de dot. part. 1. quest. 53. n. 4. Guttier. allegat. 11. n. 14. Hermol. in dict. l. 9. gloss. 5. n. 45.

Contrarium verius videtur Alexand. in l. 1. ff. solut. matrim. Valasc. conf. 6. per totam, Molin. d. disp. 439. n. 26. Barbol. supra, p. 6. n. 42. in fine, cum seq. Merl. a n. 62. Menoch. pres. 13. n. 5. 32. Trentacinq. d. resol. 9. n. 17. cum seqq. & resol. 7. n. 17. vers. Secunda est opinio, Marelc. n. 20. Quorum ratio est, quia non debet esse in potestate debitoris suorum creditorum conditionem facere deteriorem; quod proculdubio verum est quoad creditores anteriores, quibus jus jam quæsitum auferri per renunciationem non potest, argumento l. id quod nostrum 11. ff. de reg. jur. Merl. nu. 65. Hermol. nu. 46. Poterunt ergo creditores isti, non obstante renunciatione mariti, intra tempus constitutum eam exceptionem objicere; Imò etiam postea, si ignoraverint renunciationem, impetrata scilicet in integrum restitutione, juxta ea, quæ tradidimus proxime, n. 117. Et ut noceat renunciatio, faciendæ est ante matrimonium, Trentacinq. d. vers. Secunda est opinio.

Ex hac renunciatione oritur non levis conjectura donatio, nis, ac fraudis, Menoch. d. pres. 12. n. 51. 52. Merlin. n. 66. ex quo competet creditoribus exceptio, quæ perpetua est, nisi hæc aliis conjecturis contrariis elidatur, ut diximus supra.

Vers. Ex præmissis colligi poterit.

Quando inter creditores, qui etiam sola confessione numerantur, dos confessata sua habeat privilegia tractant Merlin. n. 54. Menoch. pres. 13. n. 12. 13. Barbol. supra, p. 6. n. 31. Mantica d. lib. 11. tit. 20. & tit. 26. n. 1. Trentacinq. resol. 9. a n. 13. & resol. 7. n. 19. alique, quos hi allegant. Et communis resolutio est, creditoribus ex causa muti dumtaxat mulierem præferri ex dotali privilegio, quia aliis exceptio rei, aut pecunie non traditæ objici non potest; atque ita melioris conditionis sunt, quam mulier.

Ad Num. 7.

Quoties adversus confessionem mariti non urget præsumptio donationis, vel fraudis, nocebit futuris creditoribus, quibus exceptio dotis non numeratæ intra sua tempora competit: Sed fraude, aut donatione interveniente, saltem secundum conjecturas, nequaquam obstabit; Merlin. n. 81. Menoch. pres. 13. n. 29. Mantica d. tit. 20. n. 18. & tit. 27. n. 4. 5. Burat. decis. 108. & decis. 612. Quare rectè. D. Covarr. docet, quod aliis deficientibus circumstantiis, cum à tempore sit conjectura capiendæ, confessio ante matrimonium, quia suspicione caret, ac facta intuitu futaræ numerationis censetur, præjudicat futuris creditoribus: Non sic, quæ constante matrimonio emittitur, quoniam donationis inter conjuges causa facta judicatur, nec caret fraudis præsumptione; de quo supra ad n. 4. vers. Primum confessionem.

Vers. Tertio, illud huic disceptationi.

Sub eadem distinctione huic quæstioni erit respondendum; nam cessante fraudis, ac veritæ donationis suspicione, mulier ex viri confessione tacitam hypothecam consequitur, juxta l. unic. §. & ut plenius, C. de rei uxori act. Balgari. in l. 1. n. 5. ff. solut. matrim. Bald. de Bartol. ibi, n. 205. vers. Sed



123 Sed potest, Merlin. nu. 74. 75. Ac proinde etiam anteriorius chirographariis creditoribus erit preferenda, quoniam hypothecarii posteriores, potiores esse debent; l. eos 19. C. quod prior. l. creditor 12. §. si primus, ff. eod. Merlin. lib. 4. tit. 1. qu. 14. n. 1. Objici tamen exceptio dotis non numerata, si per tempus licuerit, poterit: Menoch. dict. pref. 13. n. 18. Merlin. ubi proximè, §. n. 122. Sed prælationem utique obtinebit adversus anteriores viri creditores, si tempora opponendi exceptionem dotis non tradita labantur, quia numerata dos jure præsumitur, unde omnibus suis gaudet privilegiis: Merlin. n. 76. Mantic. supr. lib. 11. tit. 27. n. 4. Afflict. decis. 402. Cravet. conf. 40. n. 5. Marfil. in rubric. de fidejussor. q. 55. Trentacinq. d. resol. 7. n. 15. vers. Ego non discederem, ubi in vers. Contrariam, aliter sentientes recenset.

124 Vers. Quarto adnotandum est.

125 Compertum est apud omnes, licere mariti creditoribus objicere adversus dotis receptæ confessionem, non numeratæ dotis exceptionem, etiam si illa ante matrimonium emittatur, nisi temporis transcursum excludantur; Menoch. d. præsumpt. 13. n. 4. Socin. in l. 1. n. 87. ff. solut. matrim. Ant. Gom. dict. n. 52. circa finem, vers. Item & tertio intellige, Merlin. n. 77. Mantic. d. tit. 20. n. 18. vers. Sed advertendum, & d. tit. 27. n. 4. 5.

126 Vers. Ultimo.

126 Consentiant Bald. in autentica, sed jam necesse, n. 2. q. 5. C. de donat. ante nupt. Merlin. n. 55. Menoch. n. 25. licet enim res in dotem dentur æstimatæ, quoties mulier conseq. æstimationem ex bonis viri non potest, ut in hoc casu, regredi permittitur ad res ipsas cum privilegio hypothecæ, & prælationis, contra anteriores viri creditores, ac tertios possessores, etsi ipsa alienationi consentiat, l. in rebus 30. C. de jur. dot. Anton. Gom. in d. l. 50. n. 44. Pinel. in l. 1. part. 3. n. 15. C. de bon. matern. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 426. n. 10. Gregor. Lop. in l. 7. gloss. 4. tit. 11. part. 4. D. Covarr. prætic. cap. 28. n. 8. Ceval. quest. 3. n. 24. Guttierr. de juram. confirmat. part. 1. cap. 1. n. 9. & prætic. lib. 3. quest. 77. n. 12. 13. Barbol. in l. si æstimatis 51. n. 25. in fine, ff. solut. matrim. Hippolyt. sing. 691. Novell. de dot. p. 8. privileg. 6. Quare si mulier repellatur proposita exceptione dotis non numeratæ, quia maritus confessus est accepisse quantitatem, qua æstimatæ sunt res in dotem traditæ, poterit ipsa ea, quæ dedit, vindicare; ut rectè advertit Merlin. ubi proximè, atque ita omnibus creditoribus præferetur, si talia bona in bonis mariti inveniuntur; aut eadem à possessoribus avocabit. Sed hoc fallit, si possessores offerrent mulieri rerum æstimationem, Ceval. n. 36. Novell. p. 7. privileg. 47. Afflict. decis. 100. Guttierr. dict. n. 13.

AD CAPUT VIII.

De meliorationibus quæ in re hypotheca subjecta à Tertio fiunt.

SUMMARIUM.

- 1 Referuntur Doctores materiam explicantes.
- 2 Creditor agens hypothecaria quomodo in libello concludere debeat.
- 3 Alia forma concludendi rejicitur.
- 4 Actio personalis non transit ad singularem successorem.
- 5 Jus offerendi non est in obligatione, sed in electione possessoris.
- 6 Explicatur cap. ex literis, de pignorbis.
- 7 Possessor, qui melioramenta fecit in re alij hypothecata, liberatur solvendo æstimationem ipsius rei sine melioramentis.
- 8 Satisfit iuribus in contrarium adductis.
- 9 Melioramenta quoad effectum manent ejus, qui bona fide melioravit.
- 10 Explicatur l. cum postulasset, §. fin. ff. de damn. infect. ac conciliatur cum l. Paulus, §. domus, ff. de pigno.

- 11 Melioramenta non cedunt hypotheca, qua res meliorata est astricta.
- 12 Respondetur ad argumentum contrarium.
- 13 Rejicitur Bartoli sententia tradita supra, nu. 7. qua infra, num. 15. explicatur.
- 14 Impugnantur rationes, quibus Bartolus defenditur.
- 15 Judicis arbitrio relinquuntur, ut juxta casus circumstantias Bartoli sententiam, aut oppositam sequatur.
- 16 Ubi admittitur possessor ad offerendam rei æstimationem, etsi non sufficiat tibi debito, æstimatio rei faciendæ est secundum tempus solutionis.
- 17 Successori etiam particulari ejus, qui melioravit, competit jus præfatum offerendi.
- 18 Possessor, qui non melioravit, non auditur offerens hypothecæ æstimationem, si debito persolvendo non sufficiat.
- 19 Hypotheca, nisi omni quod debetur soluto, liberari non potest.
- 20 Fructus percepti post litem contestatam ex re hypothecata, sunt cum expensis meliorationum compensandi.
- 21 Quoties creditor renuit expensas meliorationum solvere, cogitur rei æstimationem recipere, licet non sufficiat ad integram debiti satisfactionem.
- 22 Mala fidei possessor tenetur restituere fructus, quos ex melioramentis a se factis perceperit.
- 23 Qui in alieno sciens meliorationes facit, donare videtur.
- 24 Referuntur, qui docent, possessorem mala fidei non teneri ad restitutionem fructuum, ex meliorationibus a se factis perceptorum.
- 25 Eligitur prima sententia tradita, num. 22. & limitatur.
- 26 Possessor bona fidei debet fructus perceptos ex melioramentis a se factis restituere.
- 27 Contrarium verius est.
- 28 De compensatione fructuum cum sumptibus meliorationum, remissive.
- 29 Juxta quod tempus æstimanda sunt melioramenta, remissive.
- 30 Pater in bonis adventitiis filij habet liberam administrationem, alienatione interdicta.
- 31 Filius revocat alienata ex bonis adventitiis per patrem, non discussis bonis paternis.
- 32 Opponitur de lege 24. tit. 13. p. 5.
- 33 Conciliatur d. l. Partitæ cum l. 1. C. de bon. matern.
- 34 Pater administrans bona adventitia filij minoris sub sua potestate constituti, potest ex causa necessaria etiam immobilia sine decreto alienare.
- 35 Secus est, si administrator fuerit legitimus bonorum filij emancipati, aut ususfructum non habeat in bonis filij adventitiis, quem habet sub potestate.
- 36 Filiusfam. habet tacitam hypothecam in bonis patris pro administratione adventitiarum, si quid dolo gesserit, aut sine justa causa alienaverit.
- 37 Prædicta hypotheca incipit à die susceptæ administrationis.
- 38 Filius an possit vivo patre revocare alienata ex bonis adventitiis per ipsum? Refertur affirmativa, ac limitatur.
- 39 Filiis non permittitur, patris existere castigatores.
- 40 Contraria sententia proponitur.
- 41 Adhibetur distinctio.
- 42 Filius exiens patria potestate aufert patri dimidiam ususfructus partem de bonis adventitiis, & ex eundo per matrimonium totum sibi vendicat de jure Regio.
- 43 Per alienationem a patre factam de bonis adventitiis filij, non extinguuntur ususfructus, quem in re alienata ille habebat.
- 44 Usufructuarius potest ususfructum vendere, neque ex hoc illum amittit.
- 45 Filiusfam. ubi in judicio stare permittitur, pater consentire cogitur, aut judex licentiam, etiam invito eo, præbet.
- 46 Utrum filiusfam. stare in judicio possit sine permissa patris pro bonis adventitiis, quorum ususfructus ad illum non spectat?
- 47 Præscriptio non currit contra impeditum agere.
- 48 Bona dotalia non præscribuntur contra mulierem nuptam.

- 49 Nec bona donata propter nuptias.
- 50 Præscriptio cæpta continuatur, licet res detur in dotem, aut donetur propter nuptias.
- 51 Cum mulier agere potest sine licentia viri, matrimonio constante, pro dote, & donatione propter nuptias, præscribitur adversus ipsam.
- 52 Præscriptio an currat in mulierem nuptiam pro bonis paraphernalibus?
- 53 Contra impeditum agere currit præscriptio, cum ipse valet obstaculum remove.
- 54 Uxor non facillè potest impedimentum ad agendum remove.
- 55 Fœmina maximam debent viris suis reverentiam exhibere.
- 56 Nil difficilius, quam quod ab aliena pendet voluntate.
- 57 Difficile est mulieri cogere maritum, ut sibi consensum præbet ad agendum.
- 58 Limitatur, quando soluta est in causis similibus in judicio experiri.
- 59 Filiusfam. præscriptio non currit.
- 60 Procedit, etsi possit agere de licentia patris.
- 61 Filiusfam. qui sine patris licentia potest agere, præscriptio currit.
- 62 An filiusfam. præscriptio currat in bonis adventitiis, in quibus ususfructus patri non est.
- 63 Præscriptio non labitur contra filiusfam. in casu l. 24. tit. 13. p. 5.
- 64 Sed soluta paria potestate currit.
- 65 Filius sine potestate, sive emancipatus, agere contra patrem, venia non petita, nequit.

Quoad primam hujus capituli partem, & de possessione offerente æstimationem rei hypothecata, conducunt tradita per Merlin. de pignorb. lib. 2. quest. 69. à num. 4. & lib. 4. quest. 81. per totam, Negusantium, eod. tract. part. 5. memb. 5. num. 21. Cyriacum, tom. 1. controvers. 194. à num. 1. Hermosillam, in l. 36. gloss. 7. in fine, tit. 5. p. 5. Marecotum, variar. lib. 2. cap. 109. n. 14. cum sequentibus. Gregorium Lopez in l. 15. gloss. 3. tit. 13. part. 5. Morotum, de jur. offerendi, à num. 7. & alios statim referendos.

Ad Num. 1.

Creditor hypothecario agente contra tertium possessorem, conclusio libelli ita concipienda est, ut res ei tradatur, donec de credito satisfiat, quæ praxis ab omnibus est admittita, Mantic. de tacitis convent. lib. 11. tit. 28. num. 32. Merlin. lib. 5. quest. 78. num. 10. Ceval. tom. 1. quest. 76. n. 17. Villadiego in polit. tract. de form. libell. num. 76. Paz in prax. tom. 3. cap. 2. §. 4. num. 42.

Altera verò formula concludendi, ut scilicet creditor petat rem sibi tradi, aut debitum solvi, inepta videtur, siquidem nulla est actio, qua à possessore pecunia peti possit; nam personalis, qua debitor attingitur, in successorem singularem non transit, l. cum qui 17. C. de obligat. & action. l. si heres, ff. ad Trebell. l. ult. §. fin. de contr. empt. Cyriac. controvers. 18. num. 1. tom. 1. Merl. lib. 1. quest. 10. num. 4. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 15. num. 23. & jus offerendi non est in obligatione, sed in electione possidentis, l. mulier 20. ff. qui prior. Merlin. lib. 4. q. 65. per totam, atque ideo creditor, quia sine actione agit, quoad debiti solutionem audiendus non est: l. quoties 10. §. item si temporalis, ff. de admin. tutor. dixi supr. cap. 6. num. 6. Hanc tamen formulam approbatam communiter restatit Cancer. variar. p. 3. cap. 1. num. 105. & de hoc videntur diu Papien. in form. libell. in act. hypothecaria, Socin. Sen. conf. 112. vol. 4. Antonin. lib. 3. resol. 5. num. 1. 2. 3. 23. Honded. conf. 25. n. 15. 16. 20. 21. vol. 2. Peregrin. decis. 48. à n. 1.

Non urget textus in cap. ex literis §. de pignor. quoniam ibi mulier non egit à principio adversus fratrem viri possidentem, sed cum bona ob delictum distraherentur, se opposuit intendens, suam recuperare dotem, quoniam maritus ad inopiam devenerat; ex l. ubi aduc 29. C. de jur. dot. Quapropter jure postulabat, sibi æstimationem dotis restitui, aut mitti in possessionem bonorum stantium, quæ sibi addici desiderabat, non ea in pignus retinere; quod colligitur ex verbis Pontificis, ibi: Pars verò mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui. Verbum enim illud instantius, denotat, mulierem egisse, Faria ad Covarruvias;

antequam bona delinquentis possessori traderentur; quoniam in decisionem sic intellexit Negusant. relatus à Merl. dict. 1. n. 6. 7. Possessor tamen ejus intererat, cum pecuniam non possessionibus pendisset, causa defensionem assumpsit, ac sententiam condemnatoriam reportavit. Aliud autem est, cum creditor agit ad hypothecam avocandam à tertio possessore, ut cautum sibi sit de pecunia credita.

Ad Num. 2.

Quod possessor, qui bona fide melioramenta adjecit, liberetur offerendo agenti creditori ex hypotheca æstimationem rei, illis demptis, etsi non sufficiat ad totum debitum, est communis resolutio, quam firmant Merlin. d. quest. 69. n. 4. in principio Theaur. quest. forens. lib. 1. quest. 71. n. 3. Marecot. supr. num. 16. Franch. decis. 38. Ursil ad Afflict. decis. 88. num. 6. Riccius decisio. Curia Archiep. Neapolit. 263. numero 3. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. resolut. 1. de pignor. col. 5. vers. Secundo infertur, Cravet. conf. 298. num. 6. vers. Secundo respondeo, Platea in l. bis, num. 2. vers. Et hic est casus, C. de prad. & om. rer. navic. lib. 11. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 26. num. 15. Negusant. supra, Caballin. de evictio. §. 3. num. 151. Guzm. eod. tract. quest. 20. num. 8. Hermos. supra. De quo videas infra, n. 13. cum seqq.

Ad Num. 3.

Vers. Prino etiam.

Hoc argumentum de l. si fundus 16. ff. de pignor. & de l. si convenerit 18. §. si nuda, ff. de pignor. action. nihil obstat; aliud namque est incrementum accedens rei hypothecatæ ipsius occasione, ut quod latitanter per alluvionem fundo accrescit, vel ususfructus, qui per consolidationem obvenit proprietati, de quibus in illis iuribus, (idemque est si melioramenta ab eodem debitore fierent, Merlin. lib. 2. quest. 69. num. 1. Negulant. part. 5. membr. 4. num. 18. Gail lib. 2. observat. 25. in fine, Pacific. de Salvian. inspect. 3. c. 4. num. 664.) Et aliud melioramenta, quæ à tertio possessore adjiciuntur; illa enim rem, cui accedunt, omnino sequuntur ad utilitatem creditoris, & in causam pignoris incidunt; Merlin. lib. 2. quest. 43. à num. 4. & lib. 4. quest. 197. hæc non ita; Negusant. supr. pacific. n. 665. Merl. dict. q. 69. num. 4. sed propria manent meliorantis, saltem quoad effectum, quia retentio competit, dum expensas creditor non solverit, de quo Barbol. in l. divorzio, §. fin. part. 1. num. 49. ff. solut. matrim. Burgos de Paz questio. civil. 6. num. 7. Hieron. Gabr. commun. lib. 2. conclus. 80. n. 26. Mieres de majorat. part. 1. qua. 10. à num. 12. Joan. Garc. de expens. cap. 6. num. 12. Cyriac. tom. 1. controvers. 83. num. 5. Valasc. de jur. emphiteut. q. 25. num. 32. Menoch. conf. 689. per totum.

Vers. Secundo adversus Bartolum.

Ad textum in l. cum postulasset 43. §. fin. ff. de damn. infect. potest responderi, ibi egisse Consulatum non de melioramentis, sed de refectione rei, inter quæ multum interest; nam illa æquitatis ratio, quæ consideratur adtribuendum jus offerendi ei, qui melioravit, scilicet ne priveretur melioramentis, quæ propria industria, & expensis rei addidit, non invenitur in illo qui refecit, cum per refectionem nihil adjiciatur, aut de novo fiat, quo priveretur reficiens, dum rem restituit creditori: imò nedum jure offerendi caret, verum neque expensas consequitur ab actore, ut d. §. ult. habetur: cuius ratio est; nam onus reficiendi spectat ad debitorem, qui si non vendidisset, reficeret utique necessariò. Ex quo intelligitur, ac conciliatur textus in l. Paulus 29. §. domus, ff. de pignor. ubi Lucius Titius non refecit, sed melioravit aream, quam emit, & difficio extracto, ad quod debitor non tenebatur, atque ideo expensas à creditore recuperat, propter quas jus retentionis datur possessori adversus quemcumque; sed reficiens contra eum, qui refecit tenebatur, non in alios; Negusant. part. 5. memb. 4. num. 8. Barbol. ubi proximè, part. 2. num. 1. Speculat. de exequut. sen. §. fin. num. 9. vers. Quod sibi bona fide, Merlin. de lib. 4. quest. 192. Marecot. d. cap. 112. num. 14. Nec obstat, causam refectionis maximè favorabilem censeri, etiam adversus creditores, l. interdum 5. ff. qui prior. Nam id procedit, eo quod res periret propter inopiam domini, nisi creditor ad refectionem ex liberalitate muraret; at in nostro casu possessor liberalis non est; qui rem sibi refecit, nec res periret, quam dominus propriis expensis conservaret, si eam in bonis haberet.